

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Phil.  
& Med. D. ac Prof. Ad Exsequias Quas ... Annae Koltzowen/ Coniugi suae  
desideratissimae, Viduus Moestißimus Dn. Heinricus Schuckmann/ I.U.D. ....  
hodie parabit, Omnes & singulos Cives Academicos ... invitat : [P.P. Rostochi  
sub sigillo Rect. d: XVIII. Febr. An. MDCL.]**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771232101>

Druck    Freier  Zugang



Stockman, J.,  
in A. Koltzow,  
uxor. H. Schuckmann.

R. 1650.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771232101/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771232101/phys_0004)

**DFG**

97

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**JOACHIMVS STOCKMAN,**  
Phil. & Med. D. ac Prof.  
*Ad Exsequias*  
Quas  
**MATRONÆ RARI EXEMPLI**  
**ANNÆ Holtzowen /**

Conjugi suæ desideratissimæ,

*Viduus Mætiſſimus*

**DN. HEINRICVS Schuckmann /**  
J. U. D. & Codicis in hac Academia

Professor eminentissimus

hodie parabit,

*Omnes Singulos Cives Academicos officioſe  
& ſeriò invitat.*

— 6(0) —



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. L.

202



Uod ne unquam Academia pariter ac Civitati  
tacit huic funestum sit, satis multa hactenus sentū pari-  
ter ac juvenū, ex utroq. sexu, extulimus funera, que  
illud Solenū ex triponde natum esse testantur: Singulorū  
domicilia esse mortis latibula. Februo Deo hoc men-  
liba- se luteabatur apud Romuli nepotes, & lustrationes instituebantur, quæ  
Februa Romani dixere piamina Patres.

JEHOVA ter opt. max. matronarum, puerorum item puerarum  
que ordinem hoc novo anno lustrare, & Februo piamine, ut cum Naso-  
ne loquar, notabiliter purgare capit: optimas quasque sibi delegit, &  
in choruri calestem transalit. Quando itaque omni atati, omni sexui  
communem esse mortem quotidiana experientia docet, utique pius  
& par, & egregia res est, verbis Seneca, mortem condiscere, quā  
commentatione quidem & meditatione mortis ad temperantiam rerum  
omnium homini nihil magis proficere potest. Qui inter gentiles & pa-  
ganos moderationis ac sapientia aliquā laude floruerunt, legem hanc  
Universi, qua iubet NASCI & MORI, probe & sibi & suis incul-  
carunt. Hinc primus ille Romanorum sapientum mortem portum ma-  
lorum & perfugium erumnosa vita nuncupat. Hinc & fortissimus il-  
le apud Tacitum Dillius Vocula sibi exitium parari libens audie, mor-  
temq. in ore malis hostium ut finem misericarum irrepidè expectans.  
Nec mihi persuadere possum, Theophrastum sapientissimum senem vi-  
vendi; sed discendi atque artium ac doctrina perfectionem adipiscen-  
di cupidine accusasse Naturam, quod cervis & cornicibus vitam diu-  
turnam, quorum id nihil intererisset, hominibus, quorum maximè inter-  
fuissest, tam exiguam vitam dedisset. Qui enim vitam sibi prorogari  
postular, is eodem voro curas, sollicitudines, erumnas, morbos aliaque  
indissolubili consortio illi connexa adversa produci pariter petit: qui pa-  
pe fere nulli tam optabilis rerum secundarum contigit cursus, quin  
marori-

meroribus ac calamitatibus interpelletur. Omnis vita supplicium est,  
ut iterum Seneca, plena & infesta variis casibus: à quibus nulli longa  
pax, vix inducet. Hinc Epictetus Philosophus ille Stoicus ab Adriano  
Imp. (ut in Symbolis Heroicis refere M. Claudius Paradinus) inter-  
rogatus, quare mortui coronis insignirentur, respondit: ut praesigura-  
reatur, quod labores & arumnas seu molestiarum immensum pondus hu-  
jus vita superassent. Idcirco nulli formidanda mors est, qua cum arum-  
nus eripit. & si piè vixerit, suorumque peccatorum penitentiam seriè  
ezeyit, inconcusse & sempiterna in serie tranquillitati. Beatissimos eos  
mori verum est, qui per pensè fragilitate suæ quotidie se preparant, quo-  
modo intrepido pectore & Christiana animi firmitudine facti sunt tum  
excepit, cui Justa hodie faciemus, ANNA KOLZOVI A, marro-  
na rari exempli. Nata est Rostochi d. XIP. Jan. anno supra millesi-  
num quingentesimum nonagesimo septimo, circa tertiam & quartam  
matutinam. Pater EI Klaus Kolzow fuit, civis & Cerevisarius apud  
Rostochienses honoratissimus: mater DOROTHEA Schmid  
famina laudatissima. Avum paternum laudavit COSMUM Kol-  
zow Civem & negotiatorem, virum opima vite ac famæ; aviam  
paternam ANNAM Radecick matronam honestissimam. Avum  
maternum HENRICUM Schmid Civem hujus Reipub. integer-  
imum spectatissimumque; Aviam maternam METTAM Deser-  
tins; Majores pietate & omni viri uitum genere florentissimos: sed  
qui omnes præverunt illuc, quod Nostra jam migravit. Ex his parenti-  
bus nata, honestis quidem & piis, sed quia ramen originis labem in fili-  
am transmiserant, necesse habebat renasceri per lavacrum regeneratio-  
nis in Spiritu S. & in librum vite referri. Id ergo simul ac peractum,  
progressu temporis ita Eam eduxerunt Parentes ut annos puellæ rege-  
rente, atque ad omnem honesti cultum, quod disciplina, quæ exemplo in-  
formarent. Ipsa vero ut catervas artes, quibus ingenia puellarum exci-  
li ornari que solent, leviores ramen sunt, arripuit facile: & illas majo-  
res quoque ac summas probè complexa animo est, timere & venerari  
Deum, parentes colere, & audientem esse dicto eorum, pudicè habere

atatem: tūm fugere otium, labori contra assūscere: nūbit antiquas  
ducere honestā famā; dare que operam adeò, non modo culpa ipsa ut va-  
ces, verū suspicione etiam ut careas. Anno CHRISTI cl̄ 130 XVIIH.  
etatis XXI, de suorum consensu nupsit Spectatissimo viro DN. THOMAE  
Hagedorn / qui CIVIS olim apud nos honestam illam; qua circa pa-  
nos versatur, exercuit negotiationem, quam & ipsa vidua facta con-  
tinuavit. Cum hoc marito suo, viro eximia humanitas per ipsum se-  
ptuennium concorditer & magnā cum suavitate vixit. Liberos ei pepe-  
rit quatuor, filium unum, & tres filias. E quibus duæ ( DOROTHEA  
utraque dicta ) in prima earum infanthia ac quasi simile vita decesse-  
runt. Filie vero primogenita, cui ANNÆ nomen, eodem die, quo  
Mater lectissima ad secunda vota transiit, in matrimonium duxit vi-  
rum humanissimum ac literatissimum DN. HENRICUM Flingen/  
ex quo prognati Hafnia in Dania nepotes tres & neptis due, utpote  
ELISABETA, HENRICUS, THOMAS, CHRISTIANUS,  
& ANNÆ, pīe defunctam Aviam salutarunt Hodie vero dictam  
modo ANNAM AUGUSTINO Fontana Magistro chori Musici, quo  
potentissimus ac serenissimus Rex Dania F R I D E R I C U S III. gau-  
det, nupram accepimus. Filius, iisque secundū genitus, JOANNES,  
hoc tempore in Belgio eandem, quam olim Parcns ipsius b. m. negotia-  
tionem exercet. Soluto, per morem Mariti, priori conjugio, ad vidue  
statū angustias redacta est Nostra, in quibus per annos duodecim ex-  
hausit, quiequid amari calicis ipsi divinitus propinatum erat. Omnis  
enim omnino vidua in miserabilium personarum lustro censetur, et  
iam si bonis omnibus circumfluat aut vel regno præsideat. Perturbata tan-  
dem molestiarum, quas in viduo statu funestissima belli tempestas au-  
gebat, DEO ita disponente, die IV. Octobr. anno supra millesimum sex-  
centesimum trigesimo sexto in matrimonium cessit viro Consultissimo  
& Amplissimo DN. HENRICO Schuckmann J. U.D. & Codicis  
in hac Academia Professori eminentissimo, Collega & amico nostro  
non è multis, nunc secundū viduo mestissimo. In quo posteriori con-  
jugio ( quod fuit annorum XIV. ) eque ac in priori, quin & omni  
vita

Vita verè Christianam se probavit. Vera pietatis studio ita dedita,  
et quasi summissa fuit ut eam non labris usurparet, sed vita factis-  
que exprimeret. In orationibus ad DEUM fundendis, non remere  
alius aut ardore majore fuit, aut firmiore fiducia. Nec alius ipso pra-  
sentius promeiusve praesidium in adversis erat: que nemo virorum  
aut majore, quam illa, animo, exceptit primum, aut equiore deinceps in-  
lit. Quam remora ab avaritia et omni improbiore habendi cupi-  
dine, tam aliena quoque a cultu nimio corporis, et illo immundo, ut  
Tertullianus appellat, mulierum mundo fuit; simplicissimis contenta  
mundis, et maximum famina ornamentum virtutem rata. Va-  
ga et ambulatrix visa est nunquam, nec aliarum magis, quam re-  
rum suarum satagens. Versata cum omnibus comiter atque benevo-  
le, quibuscum vivendi agendis, necessitas incideret. Veritatis, si quis-  
quam, et amans et studiosa exsticte: neque officij tantum, sed fidei  
etiam imprimis plena. Quam satius putabat servare, quam aliquid  
facere compendii, de illa dum parum sollicita esset, et utilitatem  
ante honesti haberet curam: quod in omni visa actu respiciendum  
in primis animum planè induxerat. Domum rexit indefesso labore,  
prudentia, verecundia, parsimonia, ita ut neque adductè nimis ne-  
que remisse moderaretur: et facientes opus non dicto tantum, verum  
exemplo etiam incitaret. Ad inserviendum in qua via necessitate  
sum alius tum maximè sanctissimo Seni Marito promissa, et ad  
verbū obsequientissima fuit. Hunc sincerè coluit, unicè amavit, et  
tanquam caput ac dominum suum observavit. Erga pauperes  
fuit beneficat, noverat quippe, ut quod de Paula Romana Hiero-  
nymus, ego de ipsa usurpem, apud pauperes depositam pecuni-  
am optimè servari: noverat, satis magnam dimitti hæreditatem ad  
liberos, si Christi per pauperes ad eos dimitteretur misericordia.  
Liberos et nepotes Dn. Mariti non minus amavit et curavit, quam  
ex se natos.

Cum vero piè defuncta Matrona, d. XXVI Iuniar. à vi-  
gitatione agrotantium consanguineorum atque affinum, ex Christia-

na charitate suscepit, domum reversa esset, insolito capite affici lan-  
guore, quem non unius generis symptomata sequebantur, agramque  
brevi ita consiciebant, ut frustra esset quacunque exhibebatur, solli-  
cita Medicis cura. Durante morbo perrata patientia, tranquillitas  
et pietatis (quippe precibus unicè ac spiriis vacabat) singularia do-  
cumenta adstantibus dedit. Mortem sibi ipsa non vanè præagiit,  
seque voluntati divina totam permisit. Cana Dominica, quam una  
cum suis penultimo demum anni superioris die, coram publico Eccle-  
siæ catu sumserat, denuò avida, edita confessione devotâ, compos fa-  
cta est d. XI. Febr. ministerio viri Reverendi & clarissimi DN. M.  
**CHRISTIANI MICHAELIS** ad Edem Jacobam  
Pastoris vigilantisimi, Interrogata deinceps de fide in **CHRI-**  
**STUM** crucifixum ejusque perseverantia, & ad recitationem pia-  
rum precum attenta, elevatis subinde ad cælum manibus, vel etiam  
complicatis iisdem constanter respondit AMEN. Exitus vita,  
pro quo roties DÉO suo supplicaræ, adeo fuit placidus, ut esse  
placidior vix posse. Plena enim fide & desideranda atque excedenda  
omnibus patientiâ, cetera doloris sensum & ullum rationis defectum  
obdormivit in Domino d. XIII. Febr. circa medium XII. noctur-  
nam, cum annos vixisset LIII. ipsa jam deposita hac animi ueste,  
debilitates, luctus, valetudinem, & quicquid nos torquet ac  
infat, semel evasisse viamq; hanc quam nobis quoque serius velocius  
ingrediendum est, magna cum laude præsentique animo confecit. Ec-  
ce. nunc ANNA, victoriam tuam de varietate humana, de morbis,  
de mortalitate, cuius nullum in te amplius imperium est! Ecce pre-  
mium tuum, gloriari nulli oculo visam, nulli auri perepram, nulli  
voci redditam, nec menti humana ulli comprehensam! Inspicis jam  
felicem illum librum, cui inscripsa inter hæredes cœli, nomina sanctissi-  
ma, dudum fuisti. Plantata es in hortum immortalitatis, inserta  
arbori salutis, propagata ad scaturigines aquarum viventium. Ea  
nunc bona possides, qua, sicut ipse qui eribuit, immutabilia sunt &  
sempiterna.

48

At quām ingens tui desiderium viduo mēstissime, quām acer-  
bum inētūm pōst eccl̄iquisitū seſtib[us] cinq[ue] suorum casus est, & to-  
tius homō mōritur (ut Mimus quidam Publius dicebat) quōdies suos  
amittit; quid cum Amplissimo F[ili]o D.N. SCHUCKMAN-  
NO fieri; quid Et jam animi esse putabim[us]. Non infirmitur qui-  
dem grave ip[s]i hoc in primis fore nunc demum; in senectutis apice, il-  
lā orbart, quā erat curarum levamen, eordis plusquam dimidiam, do-  
mūs ornamentum: quā prater reliqua etiam valerudinem Ejus, quā  
in hac etate senecta fomenta & curam attentiorē requirit, sollici-  
tē admodum observabat. Sed D E U S tibi, Vir Amplissime, Colle-  
ga multū honorande, rūpes cordis & portio tua eris: ille senectutem  
tuam fovebit & instar aquila renovabit vires tuas; ut porrō quoque  
fidem, prudentiam atq[ue] industriam, uti hactenū strenuē fecisti,  
Academia nostra, cuius tu quoddam oraculum es (ita Jurisperi-  
torum domos Cicero vocat dracula civitatis) & Bono Publico, cui  
propriē destinatus es, diutissimē superstes esse possis. In quo pio omnine  
scriptionem handatio, quām tumultaria opera composuit; non tan-  
quam expectaturus esses a me remedium (lique enim mihi, Te  
jam locutum Tetum, quicquid lecturus es) sed ut hac communi luctū  
professione sympathiam nostram publicè testarer, & sanctissima Ma-  
trona memoriam hac etiam ratione celebrarem.

Cum autem corpus exanime piē defuncta Marrona, hodie  
horā primā in templo Jacobao terra reddi debeat, non equidem à Ci-  
vibus Academicis mulcī precibus contendendā existimō, ut frequen-  
zes exequias eant, quod ulerū facturos eos omnīnō confido. Dandum  
hoc meritis Amplissimi DN. SCHUCKMANNI J. U. D.  
& Codicis in hac Academia Professoris longē celeberrimi: dandum  
Filio ejus viro reverenda dignationis & excellentium virtutum DN.  
HERMANNO SCHUCKMANNO S. S. Theol.  
D. & Prof. bene de hac Academia indies merenti: dandum magni Pa-

374

eris vestigia legenti & studia feliciter sequenti Filio CUNRADO  
SCHUCKMANNO J. II. Cand. Dandum roti honoratissi-  
ma familie, quam alias exteris, peregrinis, incognitis impendit commu-  
nis humanitatis ratio. Ite igitur exequias, Ite Cives Academicci, qui-  
bus commodum est (commodum autem debet esse omnibus) exhibete  
defunctæ ultimū quod quidem mortuis præstari potest humanitatis offi-  
cium. Neminem non memorem hic officii futurum confido, & ut sitio,  
etiam atque etiam vos rogo, P. P. Rostochi sub sigillo Recto  
d. XVIII, Febr- AN. cl9 lsc L:

Conventus fiet horâ primâ pom. in  
templo Jacobæo.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn771232101/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771232101/phys_0014)

DFG

GUSTAV KOCH  
Buchbinderei  
ROSTOCK.



vita verè Christianam se probavit. Vera pietatis studio  
& quasi summissa fuit ut eam non labris usurparet, sed ut  
que exprimeret. In orationibus ad DEUM fundendis  
alius aut ardore majore fuit, aut firmiore fiducia. Nec ali-  
sentius promisus de praesidium in adversis erat: quae nem-  
aut majore, quam illa, animo, exceptit primum, aut equiore d-  
lit. Quam remota ab avaritia & omni improbiore ha-  
dine, tam aliena quoque à cultu nimio corporis, & illo im-  
Tertullianus appellat, mulierum mundo fuit; simplicissim  
mundus, & maximum feminae ornamentum circutem re-  
ga & ambulatrix visa est nunquam, nec aliarum magis-  
rum suarum satagens. Versata cum omnibus comiter at-  
lè, quibuscum vivendi agendis, necessitas incideret. Veri-  
quam, & amans & studiosa existit: neque officij tantu-  
m etiam imprimis plena. Quam satius putabat servare, q-  
facere compendii, de illa dum parum sollicita esset, &  
ante honesti haberet curam: quod in omni vita acture,  
in primis animum planè induxerat. Domum rexit inde-  
prudentiâ, verecundiâ, parsimoniâ, ita ut neque adduc-  
que remisse moderaretur: & facientes opus non dicto tantu-  
exemplo etiam incitaret. Ad inserviendum in qua vis-  
tum alia tum maxime sanctissimo Seni Marito promissum  
verbum obsequentiissima fuit. Hunc sincerè coluit, unice  
tanquam caput ac dominum suum observavit. Ergo  
fuit beneficat, noverat quippe, ut quod de Paula Ro-  
nymus, ego de ipsa usurpem, apud pauperes deposi-  
am optimè servari: noverat, satis magnam dimitti ha-  
liberos, si Christi per pauperes ad eos dimitteretur m-  
Liberos & nepotes Dn. Mariti non minus amavit & cu-  
ex se natos.

Cum vero pie defuncta Matrona, d. XXVI  
fratiorum agrotantium consanguineorum atque affinum

13

